

Discham quam ^{b.} ecclesia silue pauey Monasterio Do-
brilug et fratribus ibidem deo iugiter seruientibus do-
naremus principaliter propter deum, Nos uero diuine
remuneracionis meritum propensius intuentes ad pla-
cendam nobis ^{superni} iudicis seueritatem et in reme-
dium anime nostre et dilecte genitricis nostre Agnetis,
ac defuncti patris Alberti ducis saxonie, simulque om-
nium progenitorum nostrorum, ipsius ottonis no-
stri fidelis et etiam patru sui bodonis de ylburg
precibus annuimus et sepeditam villam arnal-
discham, cum adiacente sibi silua que pauey di-
citur, damus et assignamus monasterio Dobrilug
et ipsius fratribus cum proprietatis titulo per-
petuo possidenda cum iudicio tam in ipsa uilla
quam in campis ad eam pertinentibus, cum uis
et inuis, exitibus et reditibus, semitis, aquis,
aquarumque decursibus, lignis, pratibus, pascuis,
cum omni iure et utilitate ac proprietate, ut pos-
sideant et habeant et cum aliis attinentiis siue
pertinentiis quibuscunque, sic ut nullus heredum
seu successorum nostrorum in ipsa uilla aut
in silua processu temporis ualeat ^{8.} sui iuris quic-
quam uendicare, unde predictum monasterium
perturbetur, Et quia proprium sigillum adhuc non
habemus, nostri domini seu ducatus Saxonie sigillo

b. etiam.

143

7. supremi.

.XXXVII. a.

8. f. b. i.